



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Conuentualitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

CONVENTUALITAS. 103
suis Monachis ex iure. Similiter si
conueniendus sit Conuentus ob de-
bita, nisi possit adesse iudex Regula-
ris sine tertij detimento, quo casu
locum habent priuilegia Religiosis
concessa. *tom. 2. q. 62. art. 5.*

Non potest Monachus capi, aut
incarcerari ob debita ciuilia. *art. 6.*

Plurima prosequitur authot ab
art. 10. ad finem usque *quest.*

CONVENTUALITAS.

Vide *Legitima, Paupertas.*

Innocentius I V. statuit, vt primiti-
ua Fratrum Minorum habitacula
(quæ loca tantum appellabantur) Conuentus vocarentur, vnde
Fratres Cōuentuales appellati sunt.
Sicut & aliorum Mendicantium, ac
Regularium habitationes cōperunt
vocari Conuentus. *tom. 1. quest. 4.*
art. 1.

Anno 1517: Fratrum de Observa-
tia, siue de familia Superior, fuit cō-
stitutus Generalis totius Ordinis, vt
Regula disponit. *art. 2.*

Nomen Conuentualium, distin-
guit Fratres Priuilegiatos à Re-
formatis, qui de familia vocantur
art. 1.

G 4 Cui

Cui simile etiam fermè contigit
in aliis Ordinibus. art. 3.

C O N V E R S I.

Vide Oblitus.

C O R P O R A L I A.

Vide Laici, & Benedicere.

C V S T O S.

Nomen Custodis in nostro Or-
dine Minorum sumitur aliquando generaliter, & sic conuenit
Ministro generali, *ut cap. 8. Regu-
lae. Item Prouincialibus, ibidem. vbi
Ministri & Custodes pro eodem
sumuntur. Item Guardianis, it cap.
4. iuxta declarationem Nicolai III. &
IV. Magist. Aliquando sumitur spe-
cialiter, pro prælatura distincta ab
iis, ut cap. 8. tom. I. quest. ultima,
art. 1.*

Custodes (specialiter sumpto hoc
nomine) duo munera habent ex re-
gula, regendi scilicet Fratres in suis
custodiis, quorum sunt veri Præla-
ti, & eligendi, atque deponendi Mi-
nistrum generalem. *ibid.*

Leo. X. concessit Fratribus de
Obseruantia ut sigillum Ordinis, &
nomi